

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

6. Cur prægnantibus nimis delicata quies obsit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

tonie deriuentur, vel prohibeatur procreatio. Hæc isti, Aliter Christiani. Quamvis enim teste Nonio, aborsus ille dicendus est, qui est in primis mensibus, cum concepti exordium factum est, ab ortus prope tempus pariendi; atque etiam Iurisconsulti, & communis opinio recte crimen maius censeant, si fortius expellatur jam animatus; culpa tamen grauissima etiam est, abigere fetus inchoatum. Quare meritò suprà citatus Tertullianus ait: Etiam conceptum vero, dum adhuc sanguis in hominem delibrator, dissoluere non licet. Homicidij festinatio est, prohibere nasci: nec fert, natam qui eripiat animam, an nascentem disturbet. Homo est, qui futurus est, etiam factus omnis jam in semine.

VL

Aristot. lib.
Polit. c. 16.

Varro I. 2. d
re Rust. c. 4.

Nullam itaque defensionem habent istæ Medæ, quæ quis
ortum pròlis habent, vel pudore, vel timore, exosum, faciunt
abortum; nec verentur veneno occidere, cuius morte mortes
merentur. Quarum sanè mulierum longè maior est numerus,
quam existimetur. Nam etsi multæ nec ferro vrantur, nec ma-
lum venenum faciant, ut vel veterum ante tempus exonerent, vel
quod maturum profuderunt, interimant; plurimæ ramea
sunt, quæ multis alijs modis prolem intra viscera sua occidunt.
Quædam, vbi se grauidas sentiunt, ita delicate desident, ac si
nefas esset surgere de sella, aut è lecto pedem efferre; vel, si
ambulant, ita ambulant, ac si Iunonis sacra ferrent. Atque
torpor iste fœtui nocet. Quemadmodum & ira atque exan-
descentia matris, quæ in prolem, per biliosum nutrimentum
redundat. Aristotèlem audiamus: *Oportet autem, ait, & pre-
gnantes curam gerere corporum non desidia deditas, neque alimento
tenui videntes. Hoc autem facile erit legum iudiciori prestare, si iassenit,
ut singulis diebus iter quoddam faciant, ad cultum Dearum, quæ
sunt natae honorem, ut opem ferant generationi: mente autem con-
trà atq. corpore, sedatius remissiusq. degere conuerit, appareat enim,
qua gignuntur, ad se ducere non parum ab ea, que in utero habet,
pariter ac stirpes è tellure. Hac magnus Philosophus, qui duo
principia, vel tria vitia perstringit, carum, quæ, licet liberos &
hæredes optarent, tamen liberos ipsæ destruunt. Primum iug-
it est magnis illis Iunonibus probè inculcandum, quæ nimium
cauendo nimium nocent; quia enim Varro monet, veterum fe-
ren*

renti caudum, ne, dum exilire velit, pragnans abortet, aut quia audiunt, multas, dum grandia pondera fustulerunt, dum duas, tres, quatuor horas, instar Baccharum, saltando, vires attenuarunt, intempestiè peperisse; ipsè in contrarium stultæ, ita lecto, vel lecticæ affiguntur, ut plerumque jaceant, vel ieiunioveant instar cochlearum, passusque oamnes numerent. Aristoteles vult, ut singulis diebus iter quoddam faciant. Quis iter vocat, ascendiſſe per scalas? & tamen vel hoc derrectant quædam. Ita dum corpus non exercent, necessariò excremenorum plena sunt, que res obest valde ijs, quos in utero habent. Et quidem rutilorum viroribus hinc nullum est periculum, neque feminis, labore se familiarique sustentantibus. Dominae, Cleopatra illæ, & quæ pompis gaudent, stolatæ quæ solent vocari, hic sese matres factas ostentant; atque ut sciantur portare, secessiportari finunt. His ergo Philosophus, ex veteri quidem more, per legum latores, præscribi vult, ut, singulis diebus, iter quoddam faciant, ad cultum Dearum, que sunt næctæ honorens, ut opem feram generationi. Quod sane, quia ad falsas Deas iter instituebatur, meritò potest dici, fuisse superstitionis, non solùm à Naustrata aliqua Terentiana, verùm multò magis ab homine Christiano. Sed Christianæ feminæ alias veras Diuas & Diuos habent, ad quas, singulis diebus iter quoddam faciant, ad cultum eorum & earum, que sunt næctæ honorem, ut opem ferant generationi. Et sane vidi Príncipes feminas, quæ id factitarent; immo, quæ longa itinera susciperent, laborem nullum nullamque fatigationem refugientes. Hoc igitur primum est.

Alterum est, ut alimento tenui utens, vires non debilitet, neque corpus extenuet, aut laxet, quæ est prægnans. Magna est talibus, apud viros, licentia, qui putant eis nihil negandum, quod petunt: quasi in illis appetitus sit mensura sanitatis'. Itaque fungos, boletos, tucetaque crassa, limum, lateres, testas, & quid non vorant? Scio imaginationi subinde aliquid dandum, sed ordinarius tamen cibus debet esse solidus & temperatus; ne nimis crebrò, & ferè singulis horis comedant; ne cibum super cibum iniiciant, ventremque farciant, ac priore alimento nondum concocto, alterum stomacho obrudant, caloremque

VII.